

hoco isto, & ego nesciebam, pauensq, quam terribilis est, inquit, locus iste. Genes. 28. num. 12. Stephanus, & Iacob Dei visione illustrantur: Cur à Dei conspectu tanta dulcedine perfunditur Stephanus, Iacob verò tanto pauore terretur? Dei athleta solum Iesum vidisse astruitur; at Iacob vidit Dominum circumdatum suis ministris, ac familiaribus, Angelis scilicet; indeque tam vehementi timore tenetur. Huc spectat Caietanus. Iacob, ait, timuit considerando se ipsum rotatine ad presentiam Dei, & frequentiam Angelorum, ne impuleretur sibi defensus sui. Expende vltima verba; non enim solum timuit à conspectu Dei, sed etiam à frequentia, ac concomitatu Angelorum.

QUESTIO XXIX.

Quare exaudita voce Patris in Iordane nullus timet, in Thabor maxime contremiscunt Apostoli?

247. Abulens. ANc quaestionem iam tractaui tom. 1. l. 3. cap. 2. quaest. 28. Videnda ibi dicta, nunc aliqua addenda. Primò Abulensis cap. 17. Matth. quaest. 93. existimat, quòd vox, quæ in Thabor insonuit, terribilior extitit, quam illa; quæ audita est in Baptismo: nam in Thabor vox illa facta est ad exprimentam magnitudinem futuræ gloriæ, cuius typus erat Transfiguratio; futura autem gloria exuperat omnem sensum humanum, itavt nullus sensus eam possit sustinere. At in Iordane vox illa efformata est, vt Christus cognosceretur à Ioanne, ac à populo, vt eum digne reciperent: ad hoc autem non erat conueniens timor; & ideo vox illa non fuit terribilis; vnde ibi nemo corruit, nec timuit.

248. Tolotus. Secundò. Toletus in cap. 9. Luc. annot. 84. Quod timor in hoc Transfigurationis mysterio interuenit ad denotandum, quòd hic agebatur, quod olim promissum fuit in mōte, quando lex data est. Populus enim præ timore nolebat audire vocem Domini, vnde conuenierunt omnes, vt Moyses auscultaret Dei verba, quæ postea ad eos refert. Tunc Moyses ait eis, quod per Prophetam eis loqueretur Dominus, vt ipsi perierunt; prænumtiantque de Christo Domino ait: Prophetam de gente tua suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb. Deuter. 18. num. 15. Volens ergo Pater ostendere, Christum esse illum, de quo olim patrum celebratum est, ea reuocat, quæ olim in Sina interfuerunt, per Moysen, nempe, montem, lucem, nubem, & timotem, in hoc Discipulorum pauore representatum, ac idem verbum, Ipsum audite, vt ex gestorum combinatione veritas promissi mysterij patefieret.

249. Tertio dicam, quod mihi videtur probabilis. In Iordane, ac Thabor Patris vox resonat: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: additur tamen in Thabor, Ipsum audite, & inde tanti Apostolorum timoris causa aspicienda est. Sed quid noui in hac voce apparet, vt tanto pauore Apostolos terreat, qui toties Christum audire soliti erant? Discipuli vsquemodo consueuerant Christi verba audire, tanquam sponte sua, ac beneplacito ducti; at cum modo se vident Eterni Patris præcepto allicos, maxime tremunt, ac contremiscunt, an ipsi digni, & capaces inuenian-

tur, vt Christum audiant, & sequantur, eiusque dicta obediendo adimpleant. Cum enim optime scirent Apostoli, quantum debeat excoli, & præparati terra cordis humani, vt Christum sequantur; & aliunde cum essent bene conscij humanæ fragilitatis, inde maxime timent, & expauescunt. Fauet Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 22. inquit. Domine audiri auditum tuum, & timui: Quam magis, quam vocis celestis illius, Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Expende, timui auditum tuum, hunc audite.

250. Hilarius. Quartò. D. Hilarius in præfenti. Ipsum audite, ait, vt scilicet idoneus ipse præceptorum talium auctor esset. Quod moraliter sic expendo. Expauescunt, & contremiscunt Discipuli, cum ex præcepto Patris Christus gloriosus, & impassibilis eis constituitur idoneus præceptorum magister. Quid enim magis difficile, & arduum, quam obtemperare homini glorioso, & impassibili, qui ex beatitudinis dono incapax est experiendi in se difficultatem, quam aliis mandat. Hinc, licet vox Patris resonet in Iordane, nullus ibi expauescit, vt Apostoli in Thabor cadunt in faciem suam, cum hic eis præcipiatur, vt Christo Domino in gloria Thaboris apparenti, ac proinde pro illo statu impassibili, obtemperent. Quid enim magis notum, quam quod beatitudinis maiestas ab aliorum miseris, ac ærumnis expers sit?

251. Valdè frequenter in toto veteri Testamento, diuino præcepto intimatur, vt populus Dominum Deum suum sequatur. Dominum Deum vestrum sequimini. Deuter. 13. num. 4. Iosue 14. num. 14. & 1. Reg. 12. num. 14. & sæpè. At in Apocal. 14. num. 4. de Virginitibus dicitur: Hi sequuntur Agnum, quocumq, ierit. Cur in veteri Testamento ad Deum sequendum tot, & tanta præcepta multiplicantur; at in Nouo tam expedite, ac prompte Agni vestigiis insistitur: quocumque ierit? Aderat Deus olim in suæ beatitudinis maiestate; indeque ad Dominum gloriosum sequendum multa præcepta proferebantur. At nunc iam Agnus, homòque factus, particeps tribulationum nostrarum, qui prætulit in corpore suo infirmitates nostras, tantoque exemplo inspecto, expeditum, ac facile redditur, vt quilibet à vestigiis eius non recedat, sed illis insistat. Ansbertus lib. 6. in Apocal. Quid est, ait, cum sequi, nisi imitari? Quia Christus pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum, sicut ait Petrus, vt sequamini vestigia eius; que oportebant, ipse præbuit imitanda.

QUESTIO XXX.

Quare Discipuli cadunt in faciem? Et cur Transfigurationis initium, ac finis Discipulis est occultatus?

252. ADITA Patris voce Apostoli præ nimio pauore, ac terrore ceciderunt in faciem suam, vt Daniel, cum ei apparuisset Angelus, de se ait: Audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terra. Daniel. 10. num. 9. Origenes, D. Chryl. Euthymius inquit, quòd Apostoli ceciderunt trementes, simulq, adorantes Christi maiestatem. Ipsi enim optime intellexerunt vocem Patris resonantem, Hic est filius meus dilectus, &c. Aliet cum vox Patris erga Christum intonaret, populares dicebant, tonitruum præstrepere. Venit vox de celo, Et clarificauit, & iterum clarificabo. Turba ergo, quæ stabat, & audiebat, dicebat, tonitruum esse factum. Ioan. 12. num. 28. Quid est, quòd Apostoli vocem percipiunt, non verò turbæ? Discipuli tanquam amici, ac beneuoli, Patris honorificam erga Christum vocem bene capiunt, & intelligunt. Ad populares, vt pote infesti hostes, Patris vocem dicentem, Clarificauit, & iterum clarificabo, nec distinctè audiunt, nec intelligunt. Aduersarij enim præ odio, quæ honoris sunt, minimè percipiunt, nec capiunt. Vel fortè Populus præ superbia contemnit celestem vocem, quam humilitas Discipulorum veneratur. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Quid est, ait, quòd ibi tonitruum audiens turba non cadit; hic autem audita voce, Discipuli in faciem cadunt? nisi quia ibi superbia tumet, hic autem humilitas pauet.

QUESTIO XXXI.

Quare iusti cadunt in faciem; iniqui verò retrorsum?

256. Hierop. QUONDERANDAM cum D. Hieronimo in cap. 2. Ezechiel, quam diuerso modo iusti, & iniqui cadant Nam iusti dicuntur cadere in faciem suam. Sic Abraham, cum Dominus ei apparuisset, Cecidit pronus in faciem suam. Genes. 17. num. 3. & iterum audita natiuitate Isaac ibidem num. 17. Et Ezechiel. 2. num. 1. ait: Vidi, & cecidi in faciem meam. Et Daniel. 10. num. 9. Audiens, ait, iacebam consternatus super faciem meam. Sic & in præfenti Apostoli ceciderunt in faciem suam. At iniqui retrorsum dicuntur cadere. Sic Heli. Cecidit de sella retrorsum iuxta ostium. 1. Reg. 4. num. 18. Sic Iudæi, qui cum Proditor ad Dominum comprehendendum venerunt, cum Dominus dixisset. Ego sum, Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Ioan. 18. num. 6. Et Isaias de peccatoribus ait 28. n. 13. Vt cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueantur.

257. Gregor. Ad quòd pulchram, & elegantem rationem apponit D. Gregorius magnus homil. 9. in Ezechiel. Quid autem hoc, quòd electi in faciem, & reprobi retrorsum cadunt, nisi quòd omnis, qui post se cadit, ibi cadit, vbi non videt: qui verò ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt. Quamuis iustus aliquando cadat, tamen, vt electus, cadit in faciem suam, vt malitiam, ac turpitudinem peccati contra Deum summè bonum præ oculis habeat, & consideret, vt diuina gratia adiuuante illam malitiam detestetur, ab illaque refurgat, & se expediat. Qui verò ante se ceciderit, ibi cadit, vbi videt. At verò iniquus in signum suæ reprobationis, & damnationis, cadit retro, vbi minime videt, & attendit miseriarum baratrum, in quod præcipitatur; ac ruit. Omnis, qui post se cadit, ibi cadit, vbi non videt. Iustus cadit in faciem, intuens turpitudinem peccati, vt ab ea refurgat. Impius autem cadit retrorsum, minimè ad sui sceleris malitiam attendens, vt ibi conspultus permaneat, & iaceat.

258. Cat. Græc. Iuxta lectionem Catenæ Græcorum, dicitur Prouerb. 24. num. 16. Septies in die cadit iustus, & resurgit. Quæ verba eleganter expendit D. Bernardus serm. 17. in Cantic. Septies in die cadit iustus, & septies resurgit, inquit, resurgit, si tamen cadat in die, vt se cadere videat, & cecidisse sciat. Ac si dicat, quod in eo stat iustorum erectio, ac gloriosa victoria, à peccatis, quod suos casus videant, & sciant; vt ille, qui cadit in die, & non in tenebris, vt inde ab illa iniquitatum colluue se valeant expedire, ac purgare. Vide tom. 2. & 3. verb. Cognitio. Ibi multa.

259. Matth. 17. Et accessit Iesus, & tetigit eos; dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

VERSIONES.

Arias. Et accedens Iesus. Syriacus. Ne timeas.

EXPOSITIO VII.

260. VM prostrati essent Discipuli à voce Patris, tria egit Iesus; vt notat Albertus magnus,

Ioan. 12.

Solus amicus eius laudes percipit, non verò inimicus.

Paschas.

253. Abulens. Luc. 9. Absconditur Apostolis initium, & finis Transfigurationis.

254.

Qua subito apparet, mirabiliora.

Abulens.

Luc. 9.

255.

Exod. 3.

Exod. 19.

Bonauent.

261. Illa vt magna decantantur, que repente se exhibent.

Tertullian.

250. Hilarius.

Valde difficile, obedire homini glorioso, & immuni à laboribus.

251.

Deuter. 13. Iosue. 14. 1. Reg. 12. Apocal. 14.

Facile sequimur nostra miseria participem.

Ansbertus.

252.

Daniel. 10.

Origenes. Chryl. Euthym.

gnus, Accessit, tetigit, & dixit. Et, mox scilicet, ac illi ceciderunt: non enim diu finit Dominus suos esse in timore, ac casu; sed cito, ut ait Euthymius, soluit timorem, & subuenit. D. Chryso- stomus homil. 57. Ne ex timore diuiniore obliuio fieret, cito eos liberauit. Et tunc accessit Iesus clementia, & gressu corporis. Et tetigit eos, non solum sermone, sed etiam tactu, & opere Discipulos animat, & confirmat. D. Paschasius lib. 8. in Matth. Porro: ait, quod accedit post tantam gloriam clementia est; quod tangit, potentia reformatis: Vt ea manu recrearentur ad fidem, qua creati erant ad vitam. Vt manus, quae dedit vitam, animaret ad fidem. Dicitur, eis: nota, ac familiari loquela. Et aduerte, quod Discipuli, si voce Patris instar tonitruum timent, ac in faciem suam cadunt; voce tamen Christi conualescunt, animos resumunt, ac eriguntur. D. Ephren Orat. de Transfiguratur. Quomodo enim, inquit, vox Patris eos deiecit; sit etiam, vox Filij virtute sua diuinitatis eos fecit surgere. Ait illis Christus: nolite timere. Quia, ut ait D. Hieronymus, Primum timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. Volebat Christus instruere Discipulos, ut tacerent ea, quae viderant; ideo prius timorem aufert, ut ita monita audiant, & intelligant. Deinde Abulensis quast. 98. sic ait. Dixit Iesus, nolite timere, quia nulla erat timoris causa, cum talem doctorem, & magistrum haberent, qui eos sic recreabat.

Matth. 17. Leuantes autem oculos neminem viderunt, nisi solum Iesum.

VERSIONES.

Syriacus. Sustuleruntque oculos suos. Variablis. Sublatis vero oculis suis, neminem videbant, nisi solum Iesum.

ALTER TEXTVS.

Marci 9. n. 7. Et statim circumspectantes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum.

Luca 9. n. 36. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus.

EXPOSITIO VIII.

RECTE D. Thomas ait: Ponitur effectus confortationis diuinae, quia a Christo confortati non vident, nisi Iesum, nec in alio gaudent, vel confortantur, nisi in ipso. Vnde dicitur, quod ad Christi vocem, Leuantes oculos, statim oculos sustulerunt, antequam se erexissent in pedes. Nam, ut ait Abulensis quast. 100. Prius ex timore oculos non audebant attollere, sed super facies suas collapsi erant in terra, nunc autem, cum timor cessauerit, oculos leuauerunt. D. Marcus scribit: Statim circumspectantes, huc, atque illic magna indagine scrutantes, an Moyses, & Elias adeflent. Tamen, neminem viderunt, nisi solum Iesum, ut latius explicabo quast. sequenti. Et quamuis aperte non exprimat in littera, quod Apostoli se erexissent, ut eis erat imperatum a Christo: Surgite; tamen hoc

Euthym. Chrysof.

Paschas.

Maneu, qui fecit, erigat.

Ephren.

Hieron.

Abulens.

260. D. Thom.

Abulens.

Marcus.

manifeste ex eorum prompta obedientia, ac affectu constat; cum Christo de monte descenderunt.

QUESTIO XXXII.

Quare dicitur, quod Apostoli, leuantes oculos, neminem viderunt, nisi solum Iesum?

RESPONDVM est primò cum Abulensi q. 99. Exprimitur in textu, quod Apostoli, leuantes oculos, neminem viderunt eorum, quos antea viderant, scilicet nec Moysen, nec Eliam, sed solum Iesum: nam quamuis Discipuli, antequam in faciem suam ceciderint, vidissent Moysen, atque Eliam discedentes, nube illos ex oculis eorum amouente, ut notat D. Chrysostomus homil. 57. in Matth. & D. Ambrosius Comment. in Lucam, & dixi supra expos. 5. Tamen, ut mox Discipuli oculos sustollere ausi sunt, circumspe- xerunt, an forte illi iterum adeflent, tamen neque illos duos viros, neque nubem, neque gloriam vultus, aut vestium Iesu amplius viderunt.

Secundò. Solum Iesus inuentus est. Nam, cum tres, Iesus, Moyses, & Elias visi essent in maiestate, ut ait D. Lucas, poterant Discipuli dubitare, quem vox Patris designasset, cum dixit: Hic est filius meus, ipsam audire: si omnes tres remane- rent, ideo post vocem solus Christus est inuentus, ut manifestum fiat, quod de ipso solo Patris vox est locuta; ipsaque solus constitutus praeceptor, & doctor, ut audiatur. D. Hieronymus. Rationabiliter, postquam surrexerunt, non viderunt, nisi solum Iesum: ne si Moyses, & Elias perseverassent cum Domino, Patris vox videretur incerta, cui potissimum daret testimonium. Beda. Vbi, ait, cepit filius designari, mox serui discesserunt: ne ad illos paterna vox emissa putaretur. Idem habent Euthymius, Theophylactus, D. Thomas, & alij.

Tertiò, & moraliter Origenes. Facti fuerunt, inquit, vnum Moyses, id est lex, & Elias, id est propheta, conuersi ambo in Euangelium Christi; & non sicut prius fuerunt tres, sic & manserunt; sed tres vnum sunt facti. Quia transierunt in Christum, sicut lex, & propheta in Euangelium.

Quartò. D. Ambrosius lib. 7. in Luc. Itaque, ait, cum tres essent, vnum est factus. Tres in principio videntur, vnum in fine. Perfecta enim fide vnum sunt. Denique hoc etiam Dominus Patrem orat, ut omnes vnum simus. Sub gloria Thaboris tres apparent, Iesus, Moyses, & Elias; & tamen postea solus Iesus est inuentus. Circa Iesum, non diuisa multitudo, sed vnitas viget perfecta fide, ac charitate, qua omnes in Christo Iesu vnum sumus, amorum concordia, ac pace: Omnes enim nos, ut subdit S. Pater, Vnum corpus sumus Christi. Qui ergo ab vnione charitatis discedit, a corpore Christi se segregat.

Quintò. D. Chrysostomus homil. 11. in Marc. ait: Tres perdentes, vnum inueniunt, Imò, ut amplius dicam, in vno tres reperiunt; magis enim reperitur Moyses, & Elias, si in Christo conglomerentur. A conspectu suo perdant Apostoli Moysen, & Eliam; sed cum Iesum secum habeant, non illos perdunt, sed magis illos apud se retinent, in eisque gaudent, secum habentes Iesum, in quo solo sunt omnia bona, & cum eum aspiciunt, omnium oblectamenta hauriunt.

261. Abulens.

Chrysof. Ambros.

262.

Testimonium Patris de Christo solo.

Hieron.

Beda. Euthym. Theophyl. D. Thomas.

263. Origenes.

Lex, & propheta in Euangelium.

264. Ambros.

Iesus habetur, non cum diuisione, sed unitate.

265. Chrysof.

In Iesu omnia bona habentur.

Egre

266. Egre dimini filia Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius. Cant. 3. n. 11. Hæc sapientis Regis sunt verba; & maxime notandum, quod in die magni Regis desponsationis multa sunt spectabilia, multique rerum apparatus, ac pompæ, ad quæ aspicienda vniuersum regnum confluit: Cur ergo solum ad Salomonem videndum inuitantur populi? Cur non simul inuitantur, ut Regem, ac alias magnificas ostentationes, quæ prodeunt, contemplantur? Merito ut Christum Regem respiciant, exhortantur animæ sanctæ; quia si eum solum spectent, in eo cumulatifsimè omnia reperient omniumque gaudia degustabunt. D. Ambrosius ferm. 15. in Plal. 118. Quæ est, ait, corona, qua coronatur Christus, nisi corona gloria? Solus Christus habet coronam gloriæ, qua eum Ecclesia coronauit. In hac corona omnes coronæ sunt; quia gloria eius, non portio vnus coronæ, sed præmiuum omnium coronarum est.

In Iesu omnes coronæ gloriæ.

Ambros.

Matth. 17. Et descendit illis de monte, præcepit eis Iesus dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

VERSIONES.

Variablis. Cum descenderent de monte.

Syriacus. Et dicit: Coram nemine dixeritis visionem hanc, donec surrexerit filius hominis à mortuis.

ALTER TEXTVS.

Marci 9. n. 8. Et descendit illis de monte, præcepit illis, ne cuiquam, quæ vidissent, narrarent, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit.

Num. 9. Et verbum continuerunt apud se, conquiritentes, quid hoc esset, cum à mortuis resurrexerit.

Luca 9. n. 36. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant.

EXPOSITIO IX.

PERACTO Transfigurationis mysterio, Descendentibus illis de monte, cum nempe ipsi Apostoli cum Iesu descenderent de monte, antequam ad ceteros Discipulos in pede montis relictos peruenissent, præcepit eis; aliqui Codices omittunt eis, sic accipientes præcepit, scilicet, illis descendentibus. Non statim ac Apostoli surrexerunt à loco, in quo ceciderant in faciem suam, eis mandat, ut nemini dicant; sed descendentibus

Præceptum intimandum, cum animus sit quietus, ac sedatus.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

illis, cum iam magis à præterito timore, quiete, ac sedato animo erant. Cum ergo à monte exeunt, præcepit obseruari, quæ in monte sunt visa: Nemini dixeritis visionem. Huius mandati motiua multa dabo quast. sequenti. Donec filius hominis à mortuis resurgat. Non vult Iesus, abscondita omnino manere miracula sua, sed ea vult manifesta reddi opportuno, ac congruo tempore, quando cum fructu queant aperiri. Post Resurrectionem; tunc enim scandalum crucis cessabat, & luculenter suis Discipulis Dominus futuræ gloriæ specimen dabat. D. Lucas addit, quod ipsi, scilicet Discipuli, tacuerunt, ut illis erat imperatum. D. Marcus ait, quod verbum continuerunt apud se, id est, iuxta Græcum, tenuerunt, nec condiscipulis narrauerunt; Quærentes inter se; hi tres nempe mutui; Quid est, cum à mortuis resurrexerit? Nam quamuis Apostoli scirent, quod aliquando esset futura resurrectio mortuorum; non tamen intellegebant, quid Iesus vellet dicere de sua peculiari resurrectione, quando, & quomodo ipsa futura, ut post illam ipsi rem visam narraent.

Lucas. Marcus. Græcus.

QUESTIO XXXIII.

Quare Christus mandat visionem taceri?

IN limine huius quæstionis prænotandum, quod in Thabor duo valde notatu digna se exhibuerunt. Christus Dominus in gloria Transfigurationis apparuit cum Moysè, & Eliâ, visis in maiestate, ut ait D. Lucas. Deinde auditum est, quod loquebantur de excessu, seu morte, quam completurus erat in Ierusalem. Tamen Christus mandat, silentio retineri, quæ sunt visa, non verò quæ audita. Cur illa prohibet & non hæc? Nam etsi Christus suæ gloriæ ostentationes disposuit abscondere; minime verò sui eximij amoris affectus; hi enim per se se manifestantur, & prodeunt. Vel quia decreuit, homines ad se attrahere, ac astringere magis amoris nexu, quam præmij expectatione. Hinc Domini gloria vni declaratur: Vidi Dominum sedentem super solum. Isai. 6. n. 1. At amoris excessus omnibus proponuntur. Vidi- mus eum, & non erat aspectus. Isai. 53. num. 2. Ad quæstionem

268.

Christus abscondit gloriæ, manifestat amoris affectum.

Isai. 6.

Isai. 53.

269. Hieron.

Res magna proportionato tempore manifestanda.

Chrysof.

270. Hieron. Chrysof.

P Idem